nem loci, ac mutationem Domini,

S U M M A R I U M,

1. *Facti series.*
2. *De punctis controversiis.*
3. *In dominis temporalibus Ecclesiarum inferiorum, panes quem refecat dominum alium.*
4. *An Bulla Piana de non infundandis capiat statum me-
diatum.*
5. *Quid de ulisis Constitutionibus, & provisionibus Apo-
stolicis.*
6. *De eodem de quo n. 4. cum distinctione.*
7. *De subinfeudationibus, que non veniunt sub dicta
Bulla.*
8. *De ratione differentiae inter hujusmodi concessiones in
statu mediato.*
9. *Quod subinfeudatio non importet scissuram, vel aliena-
tionem feudi.*
10. *Derequissim subfeudi, ut sita persona equalis condicio-
nis.*
11. *De ratione cui innixa est bulla, & quando ex cesse-
ratione non revert.*
12. *Distinguntur diversa species dominiorum temporalium
in Papa, & quænam species cadant sub Bulla.*
13. *De alto, & directo dominio panes feudatarum compati-
bilius cum altero domino Domini.*
14. *Nemo potest facere sibi aequalem, idque ultimam domi-
num non est concepsibile, quod declaratur.*
15. *Derivatione ob quam ultimam dominum in iis Castris, &
bosis iurisdictionibus, que in Regno Neapolitanio
possidentur per Ecclesias inferioris, sit penes Rezem.*
16. *Quando dicatur adesse utilitas Ecclesie in aliena-
tione.*
17. *Quid ubi agatur de bonis iurisdictionibus, & quomodo
hac affirmatur.*
18. *Atendi debet principaliter utilitas Ecclesie universa-
lis, qua accedente, non curar utilitas Ecclesie in-
ferioris.*
19. *Recentioris utilitates in casu.*
20. *An subditis se opponant alienationi loci, & sint legiti-
mi contradictores, & de prelatione eis competente.*
21. *An Bulla inter in Castris obveniens in Cameram ex
causa conficiantur.*
22. *An eadem Bulla impedit remissionem incursa caduci-
tationis.*

D I S C. CXXVIII.

Prudentia Cathedrali Ecclesia Parmensi ab antiquo ex
Imperialibus concessionibus, registratis apud Ughell.
tom. 2. *Iudic. Sacre*, quadam Villas, & loca inhabitata, cum
jurisdictione, & imperio, adeo ut quandam Principis faci-
laris, Episcoporum figuram faceret; currentis secul. initio, forte
clariss, quam antea, excitate fuerunt, sive creverunt con-
troversæ jurisdictionales inter ipsum Episcopum, & Du-
cem, corunque repective Officiale, & ministros super alto
dominio, & competency regalium majorum, praefertim in
calamitatis temporibus bellis, pestis, & famis, vel occasione
aliarum extraordiniarum contingentiarum, juxta casum,
de quo cau supra, *disc.* 60. & alios, de quibus apud Spad. *conf.*
5. & *lib. 1. Fajard. allegat.* 3. & seqq. & alios. Quare ad occur-
rendum inconvenientibus, que exinde resularetur praxis do-
cebat, de anno 1617. conclusa fuit inter Ducem, & Episco-
pum permutatio huiusmodi locorum cum aliquibus tenuis,
& bonus privatis duplicati fructus, atque despici sub Gregorio
XV. prævia consultatione Congregationis particularis
aliquorum Cardinalium, expeditum fuit beneficium dire-
ctum unius ex viciniis tribus Episcopis in solita forma si in evi-
dente, incertum tamen est ex quibus accidentibus conven-
tione effectum sortita non sit.

Hinc deinde sub Alexandro Septimo inter modernos Du-
cem, & Episcopum ad novam deventum est conventionem
consimilum circa redditum duplicatum bonorum Ecclesie
assignandorum, cum ea differencia, quod inter dicta bona,
qua pro majori parte erant allodialia, consistenta in præ-
dictis privatis, adesse etiam quoddam Oppidum, seu Ca-
strum, aliosque subfeudi possessum per illos de Sancto Vi-
tali, ad Cameram Ducalem devolutum, quoque in eo
Episcopus candem haberet jurisdictionem facularum, quam
præfatis inferiores Domini habere concurverent, cum eo-
dem titulo Comitatus, quem in prefatis locis ab antiquo
obtinent, atque detinunt, juxta stylum, deputata particuli-
lari Congregatione aliquorum Cardinalium super conce-
ptione

De Feudis, Disc. CXXVIII.

ione petiti beneficiti Apostolici, cum tempus jam ex-
pirans Pontificatus Alexandri, & brevis Pontificatus Cle-
mentis Noni successoris, consummum esse in informatio-
nibus facti, aliquip diligentius, ac etiam in consenseris ma-
gnarum Curiarum moribus, idcirco sub Clemente Deci-
mo per eandem Congregationem assumpta fuit formalis
cognitio super hujus conventionis approbatione, vel repro-
batione; potissimum propter oppositionem vassallorum Epis-
copi, cumque Communiam agre ferentem istam
Domini mutationem.

Detulper itaque speciem disputatione, in primis feudis
magis difficultas habebatur super obllaculo Bulla Piana
de non infundendo; cognitio autem ex infra deducendis,
quod bulla revera non intraret, excita fuit difficultas super
alio puncto, qui primo aspectu videbatur planus ob fe-
duum duplicationem, circa Ecclesias utilitatem, ac etiam
aliqualiter super vassallorum oppositionem; unde tres fuerunt
puncti; unus nempe Bulla Piana; alter utilitatis Ecclesie;
& tertius oppositionis vassallorum;

Quatenus pertinet ad primum; dupliciter motivabatur
per Camerales, & alios Oppositores, eodemque Cardi-
nales, super obstantia bullæ; primò nempe super transla-
tionem Ducati Parmae, habetur supra, *disc.* 12. & in alius; quo-
nam non prohibetur ipse Princeps feudarius, cessante
fraude, aliquid concurrentibus feudi requisitis, de quibus fu-
cta, *disc.* 1. & alibi, loca alias concessa, & devota, sive alias
non nunquam concessa, nec infundata, vel subinfeudata, quoties
non sint de expressè prohibitis subinfeudare, seu alias conces-
dere, in formâ tamen subfeudi, omnino subordinatione, & de-
pendentie, firmis remanentibus alio dominio, & superiori-
tate penes ipsum feudatarum maiorem concedentem, juxta
notioriam, ac frequentem praxim Regni Neapolitani; ac eam
etiam istorum Ducatum, Parmae, & Placentie, & illam
prædictorum Ducatum Ferrarie, & Urbini, ut præsternit
advertisit *disc.* 1. *nu.* 10. & seqq. atque in hoc sensu dice-
bant intelligenda esset à me dicta super non comprehensio-
nes statu mediato.

Habet ista distinctio evidenter differentia rationem,
quoniam in prima specie statu immediato, non cadit terminus
subfeudi, vel excedens, ut post cadens in concessionibus,
que dantur per feudatum, ac etiam istum bullæ de non in-
feudando, & similius, ut complectetur solum Statum Ec-
clesiarum immediatum, five illum medium impo-
trum, locorum scilicet existentium sub Baronibus, & Do-
micelis omnino subordinatis, non autem statu verè me-
diatus sub feudatariis regibus, & vera dignitas, super-
mortum Princeps figuram facientibus, hinc nimium infi-
stebatur super istius assumptioni reprobatione cum bullarum
verbis, & praefertim jam dicta Innocentii Noni, quia nem-
pe expressè loquuntur de universo statu, tam mediato, quam
immediato.

Assumpit itaque post aliquas disputationes ex parte Du-
cis, & Episcopi conjunctim, forte pro illo assumptione subfi-
nendo; dicebat quidem, etiam cum seni veritatis jan-
gnita per Congregationem, quod bulla de non infunde-
ndo, in illo casu non intraret, ex aliis motivis, ut infra, non
autem ex isto, ita generaliter, & abstracte sumpto, cum ve-
rius videbatur contrarium, ut bulla universaliter statum Eccle-
siae, etiam istum medium, juxta modum tamen, de quo in-
tra, comprehendet; fuit alia verè ester (ut frequenter in
ista facultate contigit) in confusione casuum, vel effec-
tuum, attending cum confuso, & connaturali vitio,
propositionem generaliter, & in abstracto five in litera, non
reflexando ad distinctionem casuum, vel effectuum.

Pro comprehensione itaque dicebam, vim non facere
verba, in quibus oppositores, vel motivantes solum insi-
stebant, quoniam, ut frequens inconclusa praxis docet, tam
occasio Bullæ Baronum, de qua præsternit super hoc pen-
timento, cum seculi etiam receptionis baroni-
orum, ac etiam impositionis operum cum similibus
edicis, & provisionibus, ut in eis legantur eadem verba,
& tamen praxis docet, ut non comprehendant statum vere
mediatum, ut sunt Regnum Neapolitanum, & isti Duca-
tus Parmae, & Placentie, ac etiam prius ante devolutio-
nem erant Ducatus Ferrarie & Urbini.

Quo vero ad casum conversum locorum, que per Ec-
clesiam dabantur Duci, vel feudo, magis planum esse di-
cebam (etiam cum seni veritatis) quod casus non caderet
sub bullæ, tum ob cesantem ejus rationem consenseris
in dimidiatione, vel diminutione principis tem-
poralis Ecclesie, dum ita potius augeri dicebatur ob nota-
bile dilatationem finium feudi, tollendo hæc bona à ma-
jori in genere, tam in casu devolutionis, cumque incor-
porationis cum reliquo statu, quam etiam investitura duran-

istud incrementum à natura; cum etiam quia ista species dominii non cadit sub bulla.

Siquidem in hoc proposito tres species dominii temporalis in Papa consideranda veniunt; Prima scilicet magis generalis, & habitualis in universo orbe, omnibusque Regnis, principatus, & dominis, quam tanquam Christi Vicarius habere dicuntur, & cum qua, ex fidei perseruando, Reges, & Principes deponere potest, prout Regna, & Principatus alii concedere; juxta exempla deducta dicitur. 2. in relat. Curie. ubi latet de hac potestate; Et certum est, hanc speciem sub dicta bulla non cadere.

12 Altera species alti dominii, & superiorum habitualis, vel intellectus, quam Papa, pariter ut Papa, & Christi Vicarius, tanquam Episcopus Ecclesie universalis iuris, ac Sedis Apostolicae nomine habere dicuntur pariter per universum orbem in dominis temporalibus, que obtinuerunt per Ecclesias inferiores, juxta causas, de quibus agunt deducti supra, dicitur. 60. Et pariter ista species absque dubio non cadit sub bulla, dum ita expressè loquitur de dominio temporali, & sic de tercia specie, in qua Papa consideratur potius tanquam Rex, seu Princeps temporalis, ut advertitur dicitur. 2. in relat. Curie. & hoc eod. tit. ac aliis plures, ita comprobante quotidiana praxi super beneplacito Apostolice, quod concedi solet in alienationibus, aliquique conventionibus, que super dominis temporalibus sicut per Ecclesias inferiores ultra montes, & praesertim in Germania, ac etiam quandoque in ipsam Italia, ut docet praxis in causa de quo dicitur. 60. adeo ut bulla restituenda sit ad tertiam speciem.

His iraque si stantibus, dicebam intrare dilemma, quod aut istud dominium censendum est de secunda specie, & tunc non cadit sub bulla; aut de tercia, & tali casu, nulla censetur fieri alienatio in eum, qui non haberet, quoniam cum investitura Pauli III. huiusmodi Dicatum Parmae, & Placentiae, continetur totum id, quod Sedes Apostolica in hac ratione ditionis temporalis possidet in ea regione, quae nuncupatur Gallia Cisalpina; seu verius Transpadana, ita cum huic feudo, de quo agebatur, annexum erat hoc dominium, dum ex eadem ratione ad Cameram Ducalem sequitur eff devolutio illorum feudorum, quae ante haec inventuram direxerat, ac immediata per Sedem Apostolica concessa fuerat, ut praesertim patet ex causa, de quo supra, dicitur. 74. cum similibus.

Ac propterea advertebam, quod ita consentio aliud non importaret nisi reverberionem hujusmodi locorum ad suam maiorem unitatem, & consolidationem dominii utilis, vel subalterni, cum illo directe, vel alto, pariter subalterni, quod comparative, ut infra, penes majorum feudatarum esse dicitur.

Quamvis etenim aliquibus ex Cardinalibus ista confederatio videatur metaphysica, ex regula juris, quod idem dominium directum, & plus alium esse, non potest penitus duos in solidum, & ex altera proportione, de qua praesertim dicitur. 16. de doce, ac etiam hoc eod. tit. dicitur. 1. & aliis, ut scilicet hoc directum, & alium dominium, ac majorum superioritas, quia vulgo Sovranitas appellatur, concedi non possint, neque avelia à corona, vel principatu, unde propterea nemo potest sibi facere aequaliter, dicebam tamen, quod ista est levis difficultas, quoniam illud idem dominium directum, & alium, quod Sedes Apostolica resinet in feudo auctoritate, & sit in toto corpore, retinere quoque dicuntur in hoc membro, seu parte; feudarius autem dignitas, ac feudi regalis, comparativa, ut illius veri, ac proprii alti, & directi dominii, quod resedit penes feudatulum, redolentibus simplicem baroniam, vel dominicelliam qualitatem subordinatam, non autem ubi de hac specie dominii pleni, & independentis.

Ac propterea, ut præmissum est, quando cum extaneo, & independente Princeps, vel cum subdito alterius principatus ageretur, tunc certum est, quod non dicereur adesse utilitas fructuum, duplicatione neglecta, cum revera ratio preeponderet.

Aduic tamen (his non obstantibus) in facti specie evidenter utilitatem verificari dicebam, quoniam distinguuntur Ecclesiam inferiorem a majori Ecclesia universalis, que dicitur vera, & habitualis domina omnium bonorum, quæ possit

poralibus inter Imperatorem, vel Regem omnino independentem, & eius generalem Vicarium, vel Praefidem, & successivè Gubernatores, & Magistratus, maiores, & respectivè minores, ac Barones, & Domicellos; Unde propterea hujusmodi feudatarii majores, superemorum Principum figurant generes, ac potestatem, & iura exercentes, dicuntur tanquam Vicarii generales, & supremi Magistratus, five Legati habere alium dominium, & maiorem superioritatem in actu, seu exercito, eius habitu remanente penes feudatulum.

Ex hoc autem probabiles manere videuntur, ut in illis Cattoris, & locis, quæ in dominio temporali possidentur per Ecclesias inferiores in Regno Neapolitano iure alio (cum in illis, quæ obtinuerunt iure subiecti nulla cadat ratibus) procedant potius ea, quæ habentur apud Spad. conf. 5. & lib. 1. & supr. a. dicitur. 60. cum Rex sit feudatarius Papæ, & Sedis Apostolicae, ideoque ad evidentiam convincitur error, & conaturalis incepta aliquorum modernorum, quod non reficitur ad hujusmodi distinctiones, & circumstantias, confundunt causas, & autoritates, applicando dicitur. Apone & concordantes alii casibus, quibus a ratio non congruit.

Subita itaque hac prima difficultas, atque firmata, quod revera causa non cadere, sub Bulla Piana, aliusque fuit quod super secunda pente utilitas, juxta terminos generales Extravag. ambitus.

In hoc autem ingenuebam, potius more scribentis pro veritate, quam more Advocati, vel conductum scriptoris ad opportunitatem conductensis, quod quando ageretur de bonis privatis indifferentibus, utilitas Ecclesie fit indubitate, ut fructum duplicationem, cum tam sufficeret aliquis excessus, quinimò qualitas, vel etiam minor summa compensatur a certitudine, juxta dicitur. Mantic. 101. cum aliis relat. dicitur. 1. de alienat. & contrah. probit. (ubi generaliter de hac materia alienationis honorum Ecclesie) num. 45. & seq.

Et multo magis dum alia accedebant circumstantia majoris vicinitatis, ac majoris commoditatis honorum, & tunc non cadit sub bulla; aut de tercia, & tali casu, nulla censetur fieri alienatio in eum, qui non haberet, quoniam cum investitura Pauli III. huiusmodi Dicatum Parmae, & Placentiae, continetur totum id, quod Sedes Apostolica in hac ratione ditionis temporalis possidet in ea regione, quae nuncupatur Gallia Cisalpina; seu verius Transpadana, ita cum huic feudo, de quo agebatur, annexum erat hoc dominium, dum ex eadem ratione ad Cameram Ducalem sequitur eff devolutio illorum feudorum, quae ante haec inventuram direxerat, ac immediata per Sedem Apostolica concessa fuerat, ut praesertim patet ex causa, de quo supra, dicitur. 74. cum similibus.

Ac propterea advertebam, quod ita consentio aliud non importaret nisi reverberionem hujusmodi locorum ad suam maiorem unitatem, & consolidationem dominii utilis, vel subalterni, cum illo directe, vel alto, pariter subalterni, quod comparativa, ut infra, penes majorum feudatarum esse dicitur.

Quamvis etenim aliquibus ex Cardinalibus ista confederatio videatur metaphysica, ex regula juris, quod idem dominium directum, & plus alium esse, non potest penitus duos in solidum, & ex altera proportione, de qua praesertim dicitur. 16. de doce, ac etiam hoc eod. tit. dicitur. 1. & aliis, ut scilicet hoc directum, & alium dominium, ac majorum superioritas, quia vulgo Sovranitas appellatur, concedi non possint, neque avelia à corona, vel principatu, unde propterea nemo potest sibi facere aequaliter, dicebam tamen, quod ista est levis difficultas, quoniam illud idem dominium directum, & alium, quod Sedes Apostolica resinet in feudo auctoritate, & sit in toto corpore, retinere quoque dicuntur in hoc membro, seu parte; feudarius autem dignitas, ac feudi regalis, comparativa, ut illius veri, ac proprii alti, & directi dominii, quod resedit penes feudatulum, redolentibus simplicem baroniam, vel dominicelliam qualitatem subordinatam, non autem ubi de hac specie dominii pleni, & independentis.

Conclusio etenim, de qua dicitur. 1. de alienat. & contrah. probit. num. 50. & seq. & supr. hoc tit. dicitur. 19. 24. & in aliis, ut juridictionaliter aliter in medicatis pluris, quam bona priuata indifferentia, quoties ratione onerum feuduum non mereantur potius minus ultimi, juxta ponderationes, de quibus loc. cit. procedit in bonis jurisdictionibus inferioriorum ordinis, redolentibus simplicem baroniam, vel dominicelliam qualitatem subordinatam, non autem ubi de hac specie dominii pleni, & independentis.

Ac propterea, ut præmissum est, quando cum extaneo, & independente Princeps, vel cum subdito alterius principatus ageretur, tunc certum est, quod non dicereur adesse utilitas fructuum, duplicatione neglecta, cum revera ratio preeponderet.

Aduic tamen (his non obstantibus) in facti specie evidenter utilitatem verificari dicebam, quoniam distinguuntur Ecclesiam inferiorem a majori Ecclesia universalis, que dicitur vera, & habitualis domina omnium bonorum, quæ possit

possidetur per Ecclesias inferiores, inter quas distributa esse dicuntur iure frumentis, & utilitatibus potius burfatis, ac etiam praematerialis, & subordinatae, idcirco principaliter spectanda est utilitas majoris Ecclesie universalis, qua concurrente negligi solet illa Ecclesie inferioris, à qua etiam cum danno, & diminutione, & absque aliqua recompensa, castra, vel bona dismembrari solet, illaque incorporari Sedi, vel Camera Apostolica, ut per Greg. XIII. factum est de dominio Castrorum Vallis, & Montionis ab Ecclesia Mafana, habetur supra, dicitur. 54. & seqq. & per eundem Pontificem factum fuit de molendinis, Ecclesie Metropolitanæ Ravennatis applicatis, exstincta etiam alia assignata præstatio recomponit in causa, de quo dicitur. 51. & 52. post Pacchiel. de Aliant. cum similibus; multo igitur magis, ubi utique ita confutum remaneat, inferiori scilicet cum redditu duplicato, & majori cum pleris que utilitatis exinde restitutibus.

19 Primo scilicet, quod ita dilatabant fides feudi majoris, cuius reverberionis possibilis adest, quæ deficit continuatibus bonis in Ecclesia manu mortua.

Secundo, quia efficiuntur belli illa bona privata in differentia, quæ assignabatur Ecclesie inferiori in recompensam, & que alia in causa deviationis essent liberè transmissibilia.

Tertiò, quia ita tolleratur occasio scandalorum, & inconvenientis ratione controveriarum iurisdictionalium, & iuris regalium inter Dicem, & Episcopum, eorumque repective officiales, & ministros.

Et quartò fortius, ac evidenter, quod ita utraque Ecclesia, major, & minor, notabiliter reportant utilitatem, quoniam cum ita incorporatione feudo majori ponebant magis in toto omnino dominium, ac jura Sedis Apostolice, atque tolleratur occasio queritatis, de qua apud Spad. conf. 5. & 6. Apon. dicitur. 1. & dicitur. 60. ita occurrerat illa præstationibus, que ex parte potestis etiā secularis promoveri possent super directo, & alto dominio.

Alio quoque resultante utilitate melioris defensionis iuris modi locorum, iurisdictionis cum Principatu, & contractibus confinib; & praeserter in temporibus calamitosi belli diuinij, vel humani, seu penuria.

Demum quod tertium, & ultimum punctum oppositio- nis subditorum, ac scilicet illa attendi debet, nec ne; cum scribentes pro oppositoribus, deducunt ca, quæ insinuantur supra, dicitur. 38. & 11. ac etiam dicitur. 148. de regal. super vassalorum præstatione in venditione; etiā attamen advenebam, id continere equivocum clarum, quoniam hæc prælatio non provenit a aliqua dispositione juris, sed a quadam non scripta aequitate, fundata in duplicitate rationis; primò nempe quoniam in juri domini in nihil sit deterius, finis melius, dum obtinet idem pretium, quod ab alio feudi, seu loci empte obvenit, atque adhuc remanet dominus, & superior, ut eod. dicitur. 148. de regal. habetur; Et siccum quoniam valde subditorum intercessione non esse sub Barone, vel Domicelio, fed sub immediato Regis, vel Principis domino, & regimine, ob quamplura prædicta refundantur ex baroniali vasallaggio, & præfertim illud, de quo sub tit. de prevent. dicitur. 32.

Utramque autem rationem in preventi cesare dicebam, quoniam alias utrique Ecclesia inferiori, & superiori adiunguntur plures utilitates, de quibus supra, & quas vassali oppositores supplerent non poterant, ac etiam quis eorum conditio ita melior efficeretur, faciendo transiit à domino inferiori ad superiori, & Principem; ideoque oppositio ratio erat illa, ob quam subditus Ecclesiastum inferiorium ordinis, tenaciter adversus Episcopos solent se opponere, ac item sustinere, ex deducunt, sub tit. de juri. dicitur. 1. cum plor. seqq. ut ita scilicet maiorem habeant vivendi licentiam, atque pro coram crimina non ita puniri possent a domino minoris potentia, ideoque indebet videbatur oppositio, merito non multum in confidatio- ne habita.

Statue vero jam recepta interpretatione, & ut uia hujus bulle, ut de locis, & Castris jurisdictionibus ad Sedem, vel Cameram Apostolicam devolutis, fieri non possit alia confessio, quoniam nomine, & vocabulo explicetur, etiamsi ad vitam, ob euidenti Bulla amplitudinem, hinc proflus errorum, maleque fundatum, aliquarum contingentiarum occasionis, pro veritate a plerisque Cardinalibus confutus, dicere confusus, non subsistere dicitur. 16. Spad. ed. lib. 1. in quo firmat, ut ista Bulla Piana non comprehendat illa Castra, & loca, quæ ob privata criminis indifferencia cadantur.

sub publicatione bonorum, eodem modo, quo alia bona privata, & alodialia, putā, ut in causa suo ob barricidium, quod non est crimen feudale, ut late probat Cap. Latt. consult. 131. quale proprietate illud fellonia, in cuius causa bullam intrare in locis devolutis ob istud crimen dicit idem Spad. conf. 23. num. fin. ed. lib. 1. assignando d. cons. 16. quodam rationem differentiam inter causam devolutionis ex natura feudi, & casum confutacionis penalis, quod scilicet ista secunda species dicatur esse in fructu.

Vetus id continet equumque manifestum, non solum quia Sedes Apostolica proficitur, & solet ponere sub ista bullam etiam castra, & bona iurisdictionalia, quæ ob debita Baronum, & feudatariorum ad praescritum Bulla Baronum, tamquam privatus emit, quando post ipsum certum terminum sequatur formalis incameratio, ut etiam advertitur infra, dicitur. 132.

Tum etiam, quia non videtur, que differentia ratio intret inter causam devolutionis, vel caducitatis, & casum confutacionis, cum idem adamussem sit effectus reverberionis illius rei ad suam unitatem, & reintegrationis membrorum separatis eis corpori, si enim in lacu, vel fonte derivent rivuli, qui privatis concedantur, illi verò, vel eorum aliqui impedimentum recipiant, ne ad communem privatorum amplius curvantur, dicuntur confundi cum lacu, vel fonte, atque in eo remaneant iure prioris, & antiqua causa, ubi id sequatur ex natura concessionis, & ob illius expirationem, five ob aliquod inoperatus, & extraordinarium accidentis, cum semper idem sit effectus, eademque sit ratio confusioneis partis cum toto, vel membris cum corpore, unde propterea apud feudistas recepta habetur propulsio plures in precedentibus infinita, quod in eodem Regno, vel Principatu, non potest quia illa Rex, & Baro, & tie penes dominum non datur feudum, vel dominium distinctum à majori, quoties reverberio sit omnimoda, ac perpetua, cum solum illa contradicitio sit practicabilis in causa accidentalis acquisitionis temporalis, ac refobilis, quia nempe dominus directus, tamquam privatus, emat à feudatario, vel ab emphecto, feudum, vel emphectum pacti, & providentia pro eius vita, ex plures inhibuit, quod in causa devolutionis, vel in Principatu contingibile est, quia non obstante primogenitura, vel alijs vinculis, intret confusio ad vitam delinquientis, absque tamen prædictio successorum, contingente morte naturali, juxta bullam Sixti V. super receptione bannitorum, cum similibus, quoniam tunc non dicitur se qui incorporatio, & restitutio membris, vel pars eius corpori, & unitatis, sed potius singulare, quod tamquam tertius possidat sicut penaliam contradictionis à sicio dominicali, illam rem, tamquam speciem commoditatis, five tamquam procuratorum in rem prohibetur idem sicut illius juri alteri cere- de, atque post hæc scripta, occasione juramenti prestandi in primo Consistorio per Innocentium XI. super observantia dictæ Bullæ Piane, competit, quod omnis difficultas hodie in hoc cestat ob Constitutionem Alexandri VII. ita expresse diponitur, & cuius antea ex quibusdam causis non habebatur notitia, unde propter predictus Pontifex fuit primus, qui illam juravit.

Et quamvis aliqui motarent, quod ita effe, sequeuntur, quod incurrere aliquo feudatario, vel Barone caducitatem ob fellionem, vel alijs criminis, non posset remitti; attamen dicebam, quod ifidum argumentum non concludit, quando caducitas sit folium juris, & intellectus finis effectus, & sine rituali, perfecta, & omnimodo incorporatione; quoniam tunc actus non importat omnino novam, & ex integro concessionem, vel protegationem, quæ propriè continentur sub bulla, sed solum remotionem obstaculi, ad hoc ut prior, & antiqua concessio datur, & continuet, five etiam post incamerationem iure postlimini, ubi praefertim sequeatur pro exceptione capitulorum pacis, juxta eas, quæ habentur supra, dicitur. 27. ideoque causa est toto celi- lo diversus.

Aduic tamen causa pendet, quia commissæ fuerunt meliores informationes super valorem, & super redditum, ad effectum se magis certificandi, an praefuppota celi- ent vera.

VULTURARIEN. JURISDICTIONIS,
PRO COLLEGIO EJUS BENEVENTI, ET
CARDINALI GHISIO,
CUM PRINCIPE ARICIAE.

Responsum ad causam extra Curiam.

De dominis, & jurisdictionibus iure feudi, vel alodii, possedit per Ecclesias; & incidenter de materia alienationis bonorum Ecclesie; & unam invita Ecclesia venditrix impetrare posset beneplacitum Apostolicum; & an pendente discussione super alienationis validitate, vel invaliditate, debeat idem emptor manuteneri in possessione rei alienatae, si eam non ex titulo venditionis, sed ex diverso locationis, & conductiois obtinuerit, cum aliis ad materiam,

S U M M A R I U M .

- 1 De usu Regni Neapolitanus circa jurisdictiones, & dominia temporalia in Ecclesiis super casu controversie.
- 2 Falsi series.
- 3 De successione in Regno Neapolitano ad favorem patrum secundogenitorum.
- 4 De abuso Tribunalium Regni Neapolitanii in causarum protractionibus.
- 5 De ratione, ex quam facta series difficultate narrari debet.
- 6 De falso Causidicorum dictorum Tribunalium non exhibebit responsa extorvum.
- 7 De incapacitate forensium, & Clericorum exercendi jurisdictionem in dicto Regno.
- 8 In feudi non admittitur simulatio, sed feudatarius discutitur ille, qui est de scriptis in regis libris, vel quinquerumibus.
- 9 Ecclesia non potest panire, neque revocare contrarium, post obtinere beneplacitum Apostolicum, quamvis adhuc non exequitur.
- 10 Pendente discussione validitatibus, vel invaliditatibus alienationis, interim manuteneri debet in possessione, in qua est alienatio.
- 11 Seneca Autoris in directione cause.
- 12 Declaratio conclusio, de qua n. 10.
- 13 Nemo potest reficare questionem dominii, & possessionis eius authoris.
- 14 Beneplacitum Apostolicum ex punto, est necessarium, etiam in cassis, in quibus alias non sequeretur.
- 15 In materia alienationis bonorum Ecclesia, utile est invitus virtutem.
- 16 De necessitate assensu regii in alienatione feudi, & de penitentia.
- 17 Quid requiratur ad validatem dicti assensus, vel beneficiti.

D I S C . C X X I X .

Vigente in Regno Neapolitano frequenti, (non tam singulare) iuu, quod plerique Ecclesie Metropolitanae, Cathedrales, ac Monasteriales, & aliae, et concessionibus antiquorum Regum, five illorum Principum, praesertim Normandorum, qui aderant, antequam illae Regiones, & Provincias in Regnum, initio duodecimi seculi sub Innocentio Secundo, in schismate Pier Leonis, erigerentur, ac etiam ex modernis onerosis, & expensis titulis, aliqua Oppida, & Castra cum jurisdictione temporali pure baronum possident, sub tribus tamen diversis speciebus; una scilicet in alodium, cum plena, & omnimoda jurisdictione, tam civili, quam criminali, adeo intret illa quasit, de qua apud Apont. decisi. 2. supra hoc tit. disc. 6o. Altera pariter iure alodii, vel etiam feudi in eisdem Ecclesiarum facile, vel nomine, cum sola jurisdictione civili, & quandoque etiam mixta, penes Regem residente criminali, ac respectivè mixta, & civili in ultioribus instantiis; & tercia iure feudi emptiti, ex titulo onerulo questis ad folium commodum, five utilitatem, ipso feudo cantante in persona alicuius facultur, nudum nomen habentis, eo modo, quo in arte dicimus in offi-

cis, & pensionibus in iis, qui *Terra di ferro* nuncupantur, ut de pluribus hujusmodi dominii temporalibus Ecclesiarum in illo Regno, & alibi incidentis mentio habeatur *sub tit. de novi dicit. 1. cum plurib. seq. & alibi*, ac etiam *h. tit. d. disc. 6o. & sub tit.*

Quando Ecclesia dominium sit iuxta secundam speciem, in sola facilius iurisdictione civili, vel etiam mixta prima instantia criminalis, vel respectivè mixta, seu civili ultioris instantie, residente pene Regem, solet iste frequentius, pro ea confutendum infundamus non folium Oppida. & Castra, sed etiam nobiles, & qualificatas Civitates, quæ illius Regni valde infeliciem, ac miseram reddit conditio nem, istam quoque jurisdictionem infundare, adeo ejusdem loci duo sicut diversi *Tepeccibus* Barones, ac Domini, Ecclesia scilicet, vel ejus Prelatus, qui verè, ac jurecè est loci Baro, & iste feudatarius, qui jurisdictionis unitis Dominus, tanquam per peciem perpetui gubernari.

Cum itaque Monasteriorum regulari, hodie Cardinalibus, vel Prelatis in Commendam concedit folium, iuxta præmisam secundam speciem, possiderit Baroniam, ac utile dominium, cum jurisdictione civili, & aliqua mixta prima instantia Oppidi S. Bartholomaei in Gallo, & annexorum, jurisdictionem criminali, ac respectivè mixtam, ac etiam civilem secundatum castrorum, Cardinalis Arigonius Archiepiscopus Beneventanus, pro pretio ducatorum unitis & viginti milium, in faciem cuiusdam facultatis Baronis adjacentis Oppidi S. Georgii quasvit, illamque donavit Collegio Societas Iesu ejusdem Beneventana Civitatis, adjecta tristissima alienatione prohibitione, sub pena caducitatis; verum illa prohibitione neglecta, post faximina circiter annorum decursum, de anno 1669. Collegium predictum, ex causa diffundendi ex alieno, qui premebat, illam, & pieraque bona allodialia a praefato Cardinale insulm quaffata, pro pretio ducatorum octo milium circiter, vendidi Bartholomeo de Capua Principe Aricino Comiti Altavilla, successoris illius Bartholomei de Capua, qui felix in legum studiis, & castrorum defensionibus, ob reportatum victoriari pro Rege Roberto in aede celebrati questione coram Papa agitata inter patrum secundogenitorum, & nepotem ex primogenito praefuncto, in talis patrocinii, ac victoriae premium, predictum Altavilla Comitatum, qui a Bartolo magni Comitis denominationem reportavit, aliaque feuda, sub eius obtinuit, sub expressa tam reservatione beneplaciti Apostolicum, cum clausula, *Non alia aliter, nec non alia modo*, infra annum ab eodem Collegio impetrando sub pacto resolutivo in casu non impetracionis, & legitima exequationis intra dictum terminum, & cum expressa protestatione, quod interneque dominium, nec possessio, aut quodcumque jus ab ipso Collegio abdicatum, five in ipsum emptorem translatum conferetur; alioquin in eodem instrumento inter eadem partes initio contractu locationis, & conditionis dictæ jurisdictionis, pro converta pensione dicto prelio proportionata ad triennium.

Agnoscens verò idem Collegium, ex superventa notitia dictæ probationis penalism, ac etiam longè majoris preti, pro quo hac acquisitione facta era, non expedire, ut hujusmodi contractus effectum fortiret, hinc beneplaciti Apostolicum neglexit intra præfinitum terminum, quo expirato, ejus nomine Procurator Generalis Societatis in Curia, contractum resolutum declaravit, deindeque idem Collegium (cum imprudenti tamen consilio) candem jurisdictionem, cum beneplacito Apostolicum ad novum inchoandum post dicti triennii finem, locavit Cardinali Chishio Alexandri VII. nepoti, prefate Abbatis Commandario, & per consequentem loci Baroni; ita quod eum ipso Collegio locatore sibi affidente, post ipsi trienni lapsum, ac expiraram priorem locationem, dictæ jurisdictionis, & bonorum possessionem, se opulsit praefatus conductor, ac respectivè emptor, qui infra triennium (elapo tamen primo anno convento) beneplacitum Apostolicum in confuta forma, sicut in evidenter, Ordinario loci directum impetrare curaverat, atque causam in eo facio Confilio committi curando, præventionem excitavit super ejus manutentionem in possessione, ex altero emptoris titulo, donec penderet discussio causa, an stante impetracione beneplaciti Apostolicum Ordinario praefacti, quamvis non exequi, potius Ecclesia ponitere, necne, five an tale beneplacitum fuisse necessarium.

Atque desuper per plures annos penderat, aliorumque multorum forsan spacio pendebit indecisiva causa, pro illo Tribunalum hodierno verè dannabilis, & committendo abutu efficiendi perpetuas etiam illas causas, que vere

verè nullam probabilem dubitandi rationem habeant, eis qui dandi magnam disputationis dotem, qui verè sint indigni, juxta praesentis controvercis causam, clarissi vero iuxta alterum, de quo *sub tit. de Regalibus disc. 2. & alibi, & praet. disc. 6o. & sub tit. de credit. disc. 27. & 30. cum similibus.*

Non inutiliter tamen, nec superflue, sed studiosè, ac opportune, (ut in plerisque aliis) iusta facta feri ita singulatim, & distinctè enarrata, cum ex illa prodeat articulatum iurius resolutio, five conclusionum, & autoritatem nullitatis manutendi in possessione, sed quod nimium evidens fallacia erat in applicatione ad causam, quoniam ubi etiam ex ipso emptoris, vel alterius alienationis titulo, emptor possidet, adhuc tamen dicta conclusio procedit, atque intelligenda est, quando agitur de militate turbida, & altioris indaginis, quoque illa exequationi jam demandata fuerit, cum translatione possessionis in emporum. Secus autem, ubi sit evidens, & clara, cum tunc manutentio potius ipsi Ecclesie alienanti debita sit, ut ita distinguendo plenè habetur apud Merlin. *decif. 702. numer. 40. & seqq.* & Orthob. *decif. 141. num. 20. cum seq. & adversit. disc. 1. de alien. & contr. ali. probib. numer. 102. & alibi.*

Mulò verò magis, ac extra omne principium dubitandi, dum contractus nullam habuit exequitionem, nullaque possessio in empotorum translatâ fuit, quinim expresse convenitum est contrarium, ut interius nullum dominium, vel ius, nullaque possessio in empotorum transferre, & fortius, quia id non solum explicatum est in verbis, sed factis, cum idem emptor eadem bona, & iura in contractu deducit, non obstante venditione, titulo conductionis obtinere, ac possidere profulus fuerit, quod est de directo contrarium, cum non detur conductio rei propriæ, ac propterea non possit conductor finita conductione possessionis, vel dominii quodcumque proprio authori reficere, ad nimium vulgarem text. *int. si quis conductionis. Cod. locat.* super quo multa ad satietatem de more colligit addisionator. *ad decif. 420. par. 4. recent. tom. 2. & adversit. pluribus sub tit. de locato.* ac etiam *sub tit. de feudi. & de emphys. & alibi*, cum receptum sit, istam regulam procedere quoque in materia feudalium, & empbyticas, & in omni alio casu, vel actu, per quem unus ab altero rem accipiat, ex collectis per Adden. *ubi supra* Othob. *decif. 105. numer. 5. & 121. num. 15.*

Respondendo autem ad objecta; quantum pertinet ad primum cessantis necessitatis beneplaciti Apostolicum, eo quia ageretur de feudo, cujus substantia residet in persona seculari, ut supra, adterebam plures cadere repsonses, quia non sufficeret nisi simulatae actus, & perfectionem imprimatur, cum illa esse jurisdictione feudalis, cujus fedatarius et praefatis facultatis Baro Oppidi S. Georgii, qui defecit, etiam non nisi simulatae actus, et communis, verè pertinente ad Ecclesiam, ex conclusione, de qua super *disc. 7. & alibi*, per Rotam Romanam quoque firmata apud Bich. *dec. 96.* quod in feudi non admittitur simulatio, neque locum habet titulus plus valere quod agitur, &c. Sed verè illi dicuntur fedatarius, in quo feudi substantia residet, qui in praefatis Regis quinternioribus est defecitus; quod etiam in officiis, & locis Montium, aliquique iuribus regalibus ad feudorum instar in plerisque regulari solitis, plures in sua fide advertit *sub tit. deregali.*

Et secundum, quo pascenti facultas, quæ Ecclesia competit, cessat post obtinere, quamvis adhuc non exequitur beneplacitum Apostolicum, nimil super hoc assumptio magnificatio authoritatem Gratiani *discop. 514. n. 9. & seqq.* super qua authoritate circa istud assumptionem, informationes scribentur pro oppositore, unicè circumferantur, etiam nimium amplificando, quasi quod est definita, & peregrina authoritas.

Atque hinc intercedat ad conclusionem, de qua apud Franch. *decif. 163. n. 11. ubi Addentes, & Giurb. observat.* *113. num. 18.* ut scilicet donec dicuntur alienationis nullitas, atque causa eure judicata, vel cum tribus conformibus terminetur, non debeat possessor, in quem alienatio facta sit, ejus possessione privari, sed potius interius in ca manuteneri.

Deliberata, ex parte praefatis Cardinalibus consultis, agnitis prædictis difficultatibus, ex ejus persona qualitate refutantibus, ful in sensu, (incertum est tamen, ex quo spiritu, vel ratione per causam defensores in partibus non amplexis,) ut concorditer ab hac locatione recederetur, atque causa agitaret in foro nomine Collegii venditoris, alterum sua tempore post causam finitam ineundo locationem, & conductionem, in faciem alicuius Regnicola securioris, ut ita dictæ difficultates cessarent pro Collegio venditore.

Et quartu demum, extra omnem controversiam, quoniam retentis etiam terminis fedibus, ad validitatem, & perfectionem contractus, necessarius erat affensus Regius, magis præcisè in eo Regno, ob magis strictam prohibicionem, resultantem à sepius in precedentibus enunciata Constitutione, quæ incipit *Constitutionem Divis memoria*, adeo intellecta, & practicata, ut quocumque juramento, vel alia promissione non obstante, detur ponentia, etiam fine obligatione refectiois dannorum & intercessi, quæ alias in puncto juris communis, juxta unam sententiam in traret.